

huiusmodi conductione reductis in terra, nouitas fieri non debeat, propter quod dicti fideles nostri contra dictos uillanos non possunt consequi jura sua in eorum preiudicium atque damnum. Et propterea supplicauerint dominationi quatenus super eorum indemnitate et iurium suorum conseruatione prouidere de opportuno remedio dignaretur; uadit pars quod scribatur rectoribus insule Crete quod omnes uillanos suos qui essent in dicta, insula et uellent recedere inde et redire ad dictam insulam de Amorgo, licentient et permittant libere abire non compellendo uiolenter eos ad redeundum ad dictam insulam, stantibus rebus sicut stant, uidelicet perseuerantibus et continuantibus incursionibus Turchorum, quia esset contra dictum, et non sequeretur propterea intentio supplicantium, quia uillani uidentes non posse deffendi per eos, irent potius in Turchiam quam ad ipsam insulam et sic perderentur anime et corpora eorum—de non 1—non sinseri 5.

4

Διατάσσεται ὁ βασιλεὺς Εὐβοίας, ὅπως διὰ παντὸς τρόπου ἐμποδισθῇ ὁ γάμος τῆς θυγατρὸς τοῦ Ἰωάννου Σανούδου δούκῃς Αἰγαίου πελάγους μετὰ τοῦ Πέτρου Ρεκανέλλη Γενοναίου καπετάνου Σμύρνης. Ἐπεταί ἐπιστολὴ τῆς αὐτῆς ἡμερομηνίας ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ ἀντικειμένου πρὸς τὸν Ἰωάννην Σανούδον δούκα Αἰγαίου πελάγους. Ὁμοία ἐπιστολὴ ἀπεστάλη πρὸς τὴν μητέρα. Ἐπίσης πρὸς τὴν κυρίαρχον ἦτοι θυγατέρα τοῦ δούκῃς Αἰγαίου πελάγους. 1361, Ὀκτωβρίου 25.

Fe 30^{to} Millesimo trecentesimo LXI, die XXV Octobris.

Capta. Quia pro securitate status nostri penitus facit dare omnem operam et curam possibilem quod nullo modo sequatur matrimonium quod tractari uideatur inter Petrum Rechanelli Januensem capitaneum Smirnarum et filiam domini Johannis Sanuto duche Egiopelagi. Et super hijs nulla sit habenda dilatio, habito respectu quod illa loca et forticie recuperate cum tanto auxilio, fauore et sanguine antiquorum nostrorum leuiter possent ad manus non bonas peruenire cum incomodo nostro et diminutione status nostri; uadit pars quod quam celerius esse potest, per plures manus scribatur nostro baiulo et capitaneo Nigropontis, quod intellectis pluribus litteris suis facientibus mentionem qualiter prudenter et caute turbauerat dictum factum recommendantes prouisionem et sollicitudinem suam. Rescribimus quod habentes multum cordi dictum factum uolumus et mandamus sibi tantum efficaciter quantum possumus, quod cum intellexerimus ipsum matrimonium procurari, debeat sicut bene incepit, perseuerare et facere omni modo et uia quibus mellius et sagacius poterit, quod nullo modo sequatur uel fiat matrimonium antedictum, sicut speramus in prouisionibus et sapientia sua, quod si fieret considerato maximo periculo et damno quod exinde sequi posset, ut dictum est, uere esset importabile nobis et statui nostro, nec talia uel

similia possemus aliququaliter tolerare. Et debeat etiam ipse baiulus dare intelligi
 20 domino Johanni Sanuto et filie sue predicte quod intellecto hoc per nos maxi-
 mam turbationem et displicentiam recepimus in mente nostra, nec poteramus
 credere audiuisse talia ullo modo, habito respectu, quod modico tempore iam
 elapso ipse ducha per suas litteras nobis scripsit ad talia non attendere ullo
 modo, set ipsa potius et similia turbare et denegare posse suo. Et quod propte-
 25 rea uelut sapiens desistata talibus, ut non detur causa nobis, procedendi ad alia,
 que necessitate coacti facere cogeremur. Et scribatur etiam ipsi baiulo quod
 sumus contenti et placet nobis si uiderit fore opus quod mittat unum ex consi-
 liarijs suis ad dictam dominam et ad patrem sicut sibi utilius uidebitur pro bono
 facti et sicut alias factum fuit in simili casu. Et si ipse baiulus cum uerbis pre-
 30 dictis et prouisione sua obtinuerit nostram intencionem bene quidem. Si uero
 uideret uel sentiret in aliquo actu de mundo ipsam dominam aliter esse disposi-
 tam contra honorem nostrum et intencionem nostram predictam, tunc ipse baiu-
 lus fatiens suo posse quod domina ueniat Nigropontem si non esset ibi, accipiat
 penitus et omnino et omni modo et uia quibus melius poterit in fortia et mani-
 35 bus nostris fortiliciam de lo Reo et alia loca et fortilicias omnes spectantes puero
 suo, dando intelligi domine quod intendimus ipsas fortilicias et loca saluare et
 gubernare, donec perueniret ad etatem legiptimam et ut non ueniat ad manus
 aliorum cum tanto damno sui pueri supradicti. In casu uero quo noster baiulus
 sciret dictum matrimonium iam fuisse complectum, tunc quam cito poterit, stu-
 40 deat habere in fortia et manibus nostris fortiliciam de lo Reo et alias fortilicias
 et loca predicta pertinentia dicto puero, dando intelligi domine quod hoc faci-
 mus pro bono pueri ut dictum est. Et insuper committatur baiulo nostro quan-
 tum plus potest quod existente completo tractatu matrimonij ut domina non
 transducatur et per consequens matrimonium non habeat effectum, studeat et
 45 faciat totum posse suum quod domina mittatur et conducatur in Cretam scri-
 bendo duche Crete quod occurrente dicto casu faciat poni diligentem mentem et
 curam, quod inde nullo modo recedat. Uerum quia occasione predicta leuiter
 baiulus noster Nigropontis posset egere una uel duabus galeis uel alio subsidio
 scribatur duche Crete quod ad eius requisitionem sibi mittat unam uel duas
 50 galeas et aliud possibile auxilium sicut sibi duxerit requirendum. Et ad infor-
 mationem baiuli mittatur sibi copia litterarum que mittantur duche Egeopelagi
 et filie sue, mandando ei quod uelociter scribat nobis quicquid fecerit et habuerit
 in premissis.

Quod scribatur etiam duche et consiliarijs Crete quod intellectis litteris suis

super hoc recommendantes sollicitudinem suam, uolumus et mandamus eis quod 55
sicut bene inceperunt ita perseuerent et faciant totum posse suum ut nullo modo
compleatur uel fiat matrimonium antedictum, scribendo, mittendo et aliter pro-
uidendo sicut sapientie eorum uidebitur pro bono facti, et ad informationem eorum
mittatur eis copia litterarum quas mittimus duche Egiopelagi et filie sue ac
baiulo et consiliarijs Nigropontis, ut possint procurare honorem nostrum. Et 60
insuper mandetur eis quod habentes uel sentientes dictum matrimonium esse
completum uel ipsam dominam operari in aliquo actu contra honorem nostrum
et contra intentionem nostram predictam, debeant quam uelocius esse potest
accipi facere in manibus et fortia nostra, omnia loca et fortilitias, spectantes
puero ipsius domine in partibus Egeopelagi et alibi, ut non ueniant ad manus 65
talium ullo modo pro securitate et fortitudine status nostri.

Millesimo trecentesimo LXI, die XXV Octobris.

Capta. Quod scribatur nobili uiro Johanni Sanuto duche Egeopelagi in hac
forma. Intelleximus relatione ueridica quod estis in tractatu matrimonij pro filia
uestra cum personis nobis displicibilibus et non acceptabilibus ullo modo propter 70
multa et infinita incomoda et sinistra, que nobis sequi possent et quod prebetis
aures dicto facto, et quia de hoc maximam displicentiam et turbationem recepi-
mus in mente nostra sicut merito possumus et debemus habito specialiter respe-
ctu quod modico tempore iam elapso a uobis habuimus quod talia uel similia,
non consentiretis ullo modo set turbaretis posse uestro, scribimus uobis quod 75
nullo modo credere possumus quod talia queratis sicut manifeste preiudicialia
nobis et statui nostro, quia non esset aliud dicere nisi quod illa loca et forticie
recuperata et habita cum tanto fauore, auxilio et sanguine nostrorum antiquo-
rum taliter uenient ad manus non bonas cum diminutione nostri honoris et sta-
tus. Et propterea uolentes uos reddere premissum de intentione nostra, licet non 80
credamus fore expediens considerata sapientia et fide uestra ad cautelam tenore
presentium uobis facimus manifestum quod nostre intentionis non est ullo modo
quod prebeat aures dicto facto uel simili, set potius denegetis et turbetis, sicut
speramus et firmiter credimus nos facturum. Et bene certi sumus, considerata
prudencia et bona dispositione uestra quod procedetis secundum nostram inten- 85
tionem predictam, quando uero casus daret quod aliter fieret quod nunquam
credidimus nec credere possumus et necessario cogeremur pro uidere remedij
que utilia cognosceremus pro salute et bono status nostri. Nec uere possemus
taliam uel similia ullatenus tollerare. Nam bene scimus et uos etiam scire debetis
quod in Nigroponte, in Creta, in Venecijs et alijs locis nobis acceptabilibus sunt 90

multi et multi notabilissimi et nobiles uiri quibus non solum filia uestra set alia
 quelibet domina magni et notabilis gradus posset esse bene contenta. Et quia
 possibile est quod per aliquos uobis fuerit infestationes uel mine, ut condescen-
 datis ad talia denotamus uobis quod sicut uobis scripsimus alias, semper fuimus
 95 parati et sumus ad conseruandum honorem et statum nostrum et dare uobis
 omne auxilium et fauorem et sicut et quando opus fuerit exhibere. Super quibus
 intentionem et responsionem uestram uellitis nobis notam facere quam cicius
 esse potest.

Quod similiter scribatur matri domine, mutatis mutandis.

100 Capta. Quod domine seu filie duche Egeopelagi scribatur in hac forma:
 Nuper habuimus a personis fidedignis quod estis in tractatu matrimonij cum
 personis displicibilibus nobis et non acceptabilibus ullo modo, de quo multum
 miramur et turbamur quantum plus possumus et debemus, nec antea ullo modo
 credere poteramus quod uos que talia turbare et denegare debeatis pro conser-
 105 uatione et statu uestro et filij uestri possetis esse causa tanti mali. Et propterea
 licet credamus quod talibus uel similibus aures decetero non prebebitis, quia
 estis sapiens et cognoscitur statum uestrum, tamen ad cautelam tenore presentis
 uos hortamur et scribimus quantum possumus quod a talibus si quod principium
 habent desistatur nec audientiam prebeatis uel preberi faciatis sicut speramus
 110 uos facturam, alioquin damus uobis intelligi quod si sequeretur tale matrimo-
 nium uel simile esset importabile nobis et statui nostro et necessario cogeremur
 prouidere remedijs opportunis pro conseruatione nostri honoris et status, nec
 talia possemus ullatenus tollerare. Scimus enim et uos etiam scire debetis quod
 in Nigroponte in Creta, in Venecijs et alijs locis nobis acceptabilibus sunt multi
 115 et infiniti, notabilissimi et nobilissimi uiri, quibus quelibet magna et excellens
 domina et notabilissime gradus, posset multipliciter contentari, super quibus
 intentionem et responsionem uestram, nobis notam facere uellitis quam cicius
 118 esse potest.

5

Φ^ο 31¹⁰ Διατάσσεται ὁ καπετάνος Ἀδριατικῆς Βίκτωρ Πιζάνης νὰ ἀποστείλῃ ἅμα τῷ κατάπλῳ τοῦ κατέργουν
 Κουερίνα τὰ Κρητικὰ κάτεργα ἐὰν κρίνῃ ὅτι ταῦτα δὲν ἀναγκαιοῦσιν εἰς τὴν ὑπηρεσίαν του. 1361,
 Ὀκτωβρίου 28.

6

Φ^ο 48^τ Ὁ κηρὸς καὶ τὸ Lumen (χρῶμα) ἐκ Κρήτης καὶ Εὐβοίας καὶ ἐκ τῶν μεταξὺ Κρήτης καὶ Εὐβοίας
 τόπων καθὼς καὶ ἐκ τῆς εἰσόδου τοῦ Ἑλλησπόντου (Buca Avidi) δύνανται νὰ μεταφερθῶσιν εἰς
 Βενετίαν διὰ τῶν παρωπλισμένων πλοίων ἀπὸ τῆς 1ης Μαρτίου μέχρι τέλους Ὀκτωβρίου. Ἐπι-

